

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

Henricus, de Sancto Ignatio

Leodii, 1709

Caput 191. Duæ sunt causæ excusantes ab integritate materiali
Confessionis: videlicet potentia physica, & moralis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73212)

Respondeo 1^o. nimis inde probari, utique non esse confundendam confessionem mortalium dubiorum, nec à Sacerdote recipiendam, nec mortalia dubia absolvenda, etiam sub conditione.

2344 Respondeo 2^o. negando consequentiam. Tametsi enim iudicium sacramentale in multis sit ad normam iudicij forensis; non tamen in omnibus. Noluit certè Christus in puncto praesenti esse ad normam illius; uti nec quoad peccata interna vel externa prorsus occulta, qua voluit esse materia iudicij sacramentalis, licet non sint materia iudicij forensis. Et ratio disparitatis est, quia rei accusatio, in forensi iudicio, tendit ad poenam & condemnationem ipsius, ad quam requiruntur probations certe & manifeste: in sacramentali vero iudicio, siue ipsius accusatio tendit ad absolutionem & liberationem.

2345 Objicies 4^o. nulla est obligatio adimplendi votum dubium. Ergo nec contendi peccatum dubium.

Respondeo 1^o. negando antecedens, si, omnibus ritè pensatis, nullum occurrat fundatum ad rationabiliter judicandum, votum non fuisse emissum.

2^o. nego consequentiam: quia de confitendo mortalibz dubio probata est Christi lex & institutio. Fortasse vero nulla est positiva lex de adimplendo voto dubio. Quia dñe alibi.

CAPUT CXC.

Mortalia, confessi ut dubia, si postmodum occurrant ut certa, confienda sunt ut certa.

2346 Est ad eum communis, ut Dicastillo disput. 6. dub. 2. n. 14. contraria opinionem dicat *inauditam in Ecclesia Dei*. Quod non dixerit, si legisset Tamburinum, Pellizarium, Caramuelum, Cotonium, Leandrum, Verricellum, Martinum a S. Josepho, & Marcum Vidal, contrariae isti opinioni adhaerentes. Contra quos afferit nosira Probat 1^o. ex Tridentino, definitio quod mortalia confienda sunt, prout sunt in conscientia. Igitur quae nondum confessa sunt ut certa, si in conscientia preuentis occurrant ut certa, confitenda sunt ut certa.

2348 2^o. quia sacramentalis iudicij natura id requirit: cum aliud longè sit Confessarii iudicium de mortalibz certo, quam de mortalibz dubio, aliaque pena seu poenitentia pro illo injungenda, quam pro illo.

2349 Objiciunt tamen contrarii Authores, 1^o. quod confessus mortalita ut dubia, ab illis directè sit absolutus. 2^o. quod absolutus à dubia excommunicatione, licet postmodum occurras ut certo, non debat iterum absolv. 3^o. quod mortale confessum ut dubium, equidem clavibus subjectum sit quod speciem, numerum, & circumstantias debitas.

2350 Verum ad 1^o. respondeo, quod ab iis absolutus sit cum onere ea postmodum ut certa clavibus subjiciendi: quemadmodum confessus peccatum in genere, vel in specie non infima, quod solum in genere, vel in specie non infima occurreret, absolutus est cum onere postmodum illud in specie infima clavibus subjiciendi, dum taliter occurrit.

2351 Ad 2^o. respondeo Ecclesiam indulisse illud prius; sed Christum non indulisse istud posterius. Nec in poenitibus ejusmodi valere argumentum à pari.

2352 Ad 3^o. respondeo, tametsi peccatum illud quoad speciem, numerum & circumstantias debitas clavibus subjiciatum fuerit ut dubium, non absolutum, & ut certo commissum.

CAPUT CXCI.

Dua sunt causa excusantes ab integrante manu. Tom. III.

teriali Confessionis: videlicet impotentia physica, & moralis.

R^{atione} impotentia physica excusantur 1^o. 2353 laborantes naturali obliuione, vel ignorantia hinc & nunc invincibili.

2^o. muti, si per gestus, vel signa nequeant integrè declarare peccata sua.

3^o. qui, inter confitendum, in tale incidenti animi delictum, ut ultrà loqui non possint; si Confessarius absolutionem differre nequeat.

4^o. extranei, quorum idioma nomini est parte intelligitur à Confessario, si deit Confessarius ipsorum idioma callens, sitque necessitas absolvi, vel etiam secundum aliquos, urgeat tempus præcepte annua Confessionis.

5^o. qui imminentia naufragio, incendio, prælio, tempus non habent integrè confitendi.

6^o. universum omnes, quibus vel absoluti deest tempus istud, vel respectu quorum est periculum in mora, ne abique absoluzione moriantur, si integrè confiteantur. Tunc enim explicato aliquo, vel aliquibus peccatis, prout tempus tulerit, absolviri poterunt, cum onere reliqua postmodum confitendi, si periculum evaferint. Et hoc modo absolviri possunt milites, dum periculosus instat cum hosti confitens, praesertim inexpectatus, nec tempus ipsis permittit, seu omnibus integrè, seu singulis aliquid in specie confiteri. Tunc possunt & debent omnes & singuli simul ostendere signa doloris de peccatis, simulque omnes aliqua falso tem in genere confiteri, atque hoc pacto simul absolviri in plurali dicendo: *Ego vos absolvio*, &c. Ita Sylvester, Angelus, Reginaldus, Coninck, &c.

Ratione impotentia moralis excusatur 1^o. Sacerdos, dum peccatum suum integrè confiteri non potest, abique fractione sigilli Confessionis. Cum enim nullo modo revelare possit peccatum alterius, ex sola sacramentali Confessione nostrum, debet peccatum suum dimidiatè potius confiteri, quam illud ullo modo, etiam indirectè revelare, si prematur necessitate confitendi, nec habeat copiam Confessarii ignoti.

2^o. infirmi laborans morbo contagioso, si integra Confessio ipsis a longè audiri nequit, nec proprie absque periculo. Tunc enim auditio uno vel altero peccato, statim absolviri potest, si grave ex diuturniore apud ipsum mora periculum immincat Confessario.

3^o. infirmus validè debilis, dum vircs ipsis periclitantur in exactiori peccatorum narratione, sive id moneat infirmus ipse, sive Confessarius per se adverta.

4^o. quicunque confitens, dum ex rationabili fundamento timet sibi vel Confessario notabile detrimentum, Confessioni extrinsecum, si certum peccatum confiteatur, ut puta revelationem sigilli, grave odium, sollicitationem ad turpia, grave damnum corporale, &c. Tunc enim peccatum istud (postea alteri confitendum) reticere potest, si oporteat ipsum confiteri, ratione præcepti annua Confessionis, vel alijcujus Sacramenti administrandi, vel fulcisciendi, &c. nec adit copia alterius Confessarii. Ita Doctores paucim omnines.

Quintum casum Neoterici quidam affingarunt, 2351 dum ratione solemnitatis, magnus est populi cursus, in quo respectu nonnullorum multo tempore opus sit, ad integrum eorum Confessionem, cum magno aliorum poenitentium expectantium incommodo. Eorum opinionem probabilem censet Gobat de Sacram. tr. 6. n. 479. pro casu quo multi è longinquò advenient ad obtinenda aliquis grandis indulgentia, Confessionem & Communionem requirentis, gratia. Sed opinionem utamur

B b b

improbabilem esse constat, ex eo quod Innocentius X I. damnaverit hanc propositionem 59. *Licet sacramentaliter absolvere dimidiatè tantum confessos, ratione magni concursus penitentium, qualis v. g. potest contingere in die magna aliquus servitatis, aut indulgentiae.*

²³⁵⁶ Sexum casum plerique etiam Veteres posse runt, dum penitentia habet casus reservatos. Cenfuerunt enim posse inferiori Sacerdoti declarare folios casus non reservatos, ab illo absolviti, cum onere recurrenti ad superiorum pro casibus reservatis. Vel etiam posse superiori primum confiteri folios casus reservatos, ab iisque foliis ab ipso absolviti, & ad inferiorem pro confessione, absolutioneque non reservatorum remitti.

²³⁵⁷ Verum hanc opinionem jam merito Doctores communiter rejiciunt. Quia in posteriori casu nulla magis est in superiori potestas, etiam praetextu ordinariarum occupationum, absolvendi dimidiatè tantum confessos; quam in casu magis concursus, de quo proxime. Illo priore verò casu nulla est in inferiori potestas absolvendi, etiam à non reservatis, propter eorum conjunctionem cum reservatis, & impotentiam absolvendi unum sive alio. Cum enim extra articulam mortis, *Sacerdotes inferiores nihil possint in casibus reservatis,* prout Tridentinum habet l. 14. c. 7. consequenter nihil possint in non reservatis, propter eorum concomitantiam cum reservatis. Si enim à non reservatis tunc absolvere possint, possent aliquid in reservatis, sine quorum absolutione, neque enim à non reservatis absolvere.

C A P U T C X C I I .

Datur Confessio valida & informis, et si non datur Penitentia Sacramentum validum & informe. Quia in re paradoxo Neoterici cuiusdam opinio confundatur.

²³⁵⁸ **S**acramentum Penitentiae dicitur à Theologis validum & informe, quando haber omnes partes suas essentiales, seu necessarias ad valorem; & tamen, propter indispositionem subjecti, non confert gratia effectum. Alterius ergo non dari Sacramentum Penitentiae validum & informe. Quia ea quæ ex Christi institutione necessaria sunt ad valorem ipsius, sive dispositio sufficiens ad effectum gratie consequendum (in quo Sacramentum hoc ab aliis Sacramentis differt, de quorum valore, seu effentiâ, non est dispositio sufficiens ad effectum ipsorum) neque enim aliud dolor v. g. requiritur ad effectum Sacramenti Penitentiae, quam qui requiritur ad valorem ipsius, ut nec alia Confessio, ut patet ex Tridentino, à quo l. 14. c. 3. non aliud requiritur dolor ad peccatorum remissionem, quam qui requiritur ad valorem tamquam materia & pars ipsius: *Sunt inquit quasi materiam hujus Sacramenti penitentis actus, nempe contritus, confessio & satisfactio.* Qui quatenus in penitente ad integratem (id est integrum constitutionem) Sacramentum, ad plenamque & perfectam peccatorum remissionem, ex Dei infinitione requirantur, hanc ratione partes penitentiae dicuntur. Ecce illi ipsi actus, qui ex Dei, seu Christi infinitione, requirantur ad integrum constitutionem hujus Sacramenti, scilicet Tridentino, etiam requirantur ad effectum ipsius, sive ad plenam perfectamque peccatorum remissionem. Unde can. 4. *Siquis negarerit ad integrum & perfectam peccatorum remissionem require tres actus in penitente, quasi materiam Sacramenti Penitentiae... anabema sit.*

Nec ullibi Tridentinum amplius requirit in dispositione sufficiente ad effectum, quam requirat in dispositione sufficiente ad hujus Sacramenti

constitutionem. Nec l. 6. c. 14. aliam ponit differentiam inter penitentiam requisitam ad remissionem peccatorum per baptismum, & penitentiam requisitam ad remissionem peccatorum per Penitentia Sacramentum, nisi in eo, quod posteriori adjungi debeat confessio & satisfactio, non priori. Hoc est enim quod sibi vult, cum dicit: *Christiani hominis penitentiam post baptismum multo aliam esse à baptismali, eaque continet non modo confessionem à peccatis, & eorum detractionem, aut cor contritum, & humiliatum, verum etiam eorumdem sacramentalem confessionem, &c.* Ecce ex parte contritionis non ponit differentiam, sed solum ex parte confessionis, &c. Quae tam requiritur ad constitutionem, quam ad effectum Sacramenti Penitentiae.

Unde etiam l. 14. c. 4. postquam definitiv²³⁵⁹ contritionem in genere (quam c. 3. dicerat esse partem hujus Sacramenti) *contritus & animi dolor, &c.* eam deinde dividit in perfectam, quæ peccator Deo reconciliatur priusquam hoc Sacramentum actu suscipiat; & imperfectam, quam dicit disponere ad Dei gratiam in hoc Sacramento impetrandam. Eadem igitur contrito (secundum Tridentinum) disponit ad gratiam in Sacramento impetrandam, quam proxime definitiv²³⁶⁰, quæque per modum partis constitutum Sacramentum. Nec ullus est Scriptura, Conciliorum, vel Patrum locus, qui aliam conditionem exigat ad gratia effectum in hoc Sacramento impetrandum, quam quæ exigitur ad hoc Sacramentum constitutendum. Et id m^{erito} est de confessione. Nullum est igitur fundamentum aliquid amplius requiri ad effectum, quam ad valorem hujus Sacramenti. Unde cum amplius aliquid sine fundamento exigi nequeat, verum maest, quod eadem contrito & confessio, que sufficit ad hujus Sacramenti constitutionem, sufficit ad gratiam in hoc Sacramento impetrandam. Neque ergo ex parte doloris, neque ex parte confessionis datur Sacramentum Penitentiae validum & informe.

Et quomodo daretur, cum forma hujus Sacramenti, absolvio utique, fore falsa, adeoque irrita & invalida, si non præstaret, quod expresse significat, remissionem utique peccatorum, que fit per gratiam, seu gratia infusione? Et in hoc aliud claret differendum (præter n. 2358. alatum) inter hoc & alia Sacramenta. Neque enim alia Sacramenta expresse significant actualum peccatorum remissionem per gratia infusione, sicut forma Sacramenti Penitentiae; sed vel applicationem materia, ut in Baptismo & Confirmacione: ego te baptizo: signo te signo crucis, & confirmo te christiane salutis; vel effectum à gratia separabilem, ut in Ordine, potestem ministrandi, vel sacrificium offerendi, vel à peccatis absolvendi; vel vinculum conjugale, ut in Matrimonio: vel venie deprecationem, ut in extrema Unctione: per istam sanctam undicinem partem tibi Deus, &c. Reliquorum proinde Sacramentorum forma non falsificetur ex hoc quod gratiam illuc non conferant. Falsificetur autem forma Sacramenti Penitentiae: ab solo te à peccatis tuis, sive remitto tibi peccata tua, nisi per Sacramentum hoc, statim siquie perfidum est, peccata de presenti remittentur, adeoque gratia præstetur. Cum forma ipsius significet remissionem de presenti. Ut rigiter Sacramenti Penitentiae forma sit vera, de presenti operari debet quod expresse significat, remissionem utique peccatorum, confessionemque ad hoc sufficientem.

Et ita est S. Thomas sententia (quidquid aliqui dixerint) utpote qui in 4. dist. 23. q. 1. a. 4. quebunc. 2. loquens de Extrema Unctione: *bi* (inquit) *Sacramentum non habet aliqua effectus,* qui semper ex operatione Ministerij consequuntur;